



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XCIIIX. Primogenitus, Primordium, Primum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)



ex lapidicinis 33. eod. tit. utpote quæ universalis perhibetur Gloss. in d. l. quod dicitur 5. vers. sed dotis. Vide tamen & Argent. art. 418. consuet. Britan. gl. 1. num. 13. & de petitione hereditatis patet ex d. l. si & rem. ff. de petit. hered. cum similibus supra allegatis. Unde curpretium in iudiciis singularibus non succedat loco rei, facit præcipue id, tum quod in illis pretium & res adeo sint diversæ, ut interrogatus, an habeat rem, possit negare, licet habeat jus pretium, Baldus in l. cogi. col. penult. C. de petit. hered. Jason. in l. si eum servum. num. 6. ff. si cert. petatur; tum quod pretium ex re furtivâ bonâ fide acceptum non sit furtivum, l. 48. ff. de furt. tum etiam quod regulariter res emptæ ex pecunia mea, mea non dicatur. l. si ex ea 6. C. de rei vindicat. Pacian. 1. conf. 35. n. 31. l. venditor 21. ff. de hered. vendit. l. si quis uxoris 2. §. si Titius 17. & l. qui vas 48. §. fin. ff. de furt. l. 38. ff. de noxal. act. l. 7. §. 1. in fin. qui pot. in pign. Carpzovius p. 3. consil. 30. defin. 1. & p. 4. consil. 40. defin. 9. num. 4. Reiger. in voce furrogatum. Gifanius ad l. 82. de V. O. nisi in casibus, quos notavit Bartholom. Socinus in emend. de fallent. reg. 371. quibus adde & tres speciales casus, qui notantur à glossa in l. 1. C. si quis alteri vel sibi. verb. constitutam. Wesenb. 2. conf. 79. n. 13. Licet igitur Nebelkra decif. 10. p. 40. id planè negare videatur, dum inquit: Verum non esse præsuppositum illud, quo ex re quapiam factum, naturam & qualitatem ejus rei indicere putet exemplo. l. qui vas 48. §. ult. de furt. l. 7. §. ult. qui pot. in pign. l. ex pecunia 12. C. de Jur. dot. itemque Bartol. Carpz. 5. responsor. 47. num. 14. Textus tamen in l. si mater. C. de rei vindic. contrarium demonstrat. Confer Johan. Cephal. 1. conf. 20. incip. usus fructus stabilium, num. 10. ubi expressè in rebus particularibus, quod ibi pretium in locum rei nequaquam veniat, limitat.

## VII.

Non tam valor & pretium rei quam emolumentum spectandum est. Hinc onera non solvuntur secundum fundorum valorem, sed eorum utilitatem; & quando bonis cedens opponit beneficium competentis, non ad valorem rei sed ad emolumentum est spectandum. Brunneus ad l. 2. C. de pred. & omn. reb. Navic.

## VIII.

Nemo tenetur viliori sed justo pretio res suas venales vendere l. 2. C. de fid. baf. igitur nec ipsi Decuriones aut Magistratus viliori pretio frumentum patriæ suæ præstare coguntur l. 5. ff. de admin. rer. ad civit. pertin.

Limita: eo tempore, quo est magna rerum victualium inopia, incolæ cogi possunt res necessarias viliori pretio vendere, ut subveniatur pauperibus. Perez. C. ut nem. lic. in coem. numer. 5.

Declara Axioma, ut justum pretium sit, non quantum ab aliis offertur, sed quod taxatum est à principe vel senatu; hodie enim in bene constitutis Rebus publicis rebus, quarum quotidianus & necessarius est usus, pretium justum imponitur à Magistratu habitâ ratione temporis & loci, non vero arbitrio mercatorum commit-

titur, ne pretia in immensum excrecant. Perez. d. l. n. 5. 6.

## IX.

Pretium debet esse certum, maxime in venditione. Gail. Lib. 2. Obs. 13. n. 6. eoque non declarato contractus est nullus. DD. in l. generaliter 78. ff. de R. J. neque Instrumento emtionis creditur sine certâ pretii quantitate. Wesenb. Vol. 1. Conf. 12. n. 96.

Limita, quod pretium certum esse debeat in quantitate; nam si qualitas certa non sit expressa, intelligitur moneta usualis, Myns. Cent. 4. obs. 15.

## CAP. XCIX. Primogenitus, Primordium, Primum.

## Axioma I.

Primogenitus appellatur, qui primo natus est, quamvis nullus sequatur, c. Joseph. 5. extr. de V. S.

## II.

A primordio tituli posterior formatur eventus, l. regula 9. §. fin. vers. ut licet ff. de juris & facti ignor. l. 76. ff. de rei vind. l. unic. Cod. de imp. lucrat. descript. l. qui id quod 33. ff. de donat. l. clam. 6. de acquir. possess. Harprecht. ad §. 1. num. 85. Instit. de injur. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præf. 24. num. 1. Cravett. conf. 91. num. 9. Cephal. conf. 156. n. 3. Surdus conf. 202. num. 16. lib. 2. Confil. Arg. conf. 104. num. 103. Vult. 1. conf. Marpurg. 12. num. 43. ratio, quia postea factum præsumitur in ejus executionem, quod factum erat prius, atque ita declarans nihil de novo addit, sed id, quod est, demonstrat, l. heredes palam. 21. §. si quid post 1. ff. qui testament. fac. poss. Vult. 3. conf. Marp. 21. numer. 204. Nec obstat, quod Pandectum. 2. quæst. 22. numer. 50. scribit, primordium tituli non formare exitum subsequenter, quando aliquid supervenit, quod primordio & origini contractus derogavit. Nam tale aliquid supervenisse probandum est, non ex solo cursu temporis, quippe quod ab obligationem inducendam per se inidoneum est, l. obligationum ferè 44. de O. & A. sed aliis ex causis justis & legitimis, Bart. Socin. 1. conf. 131. num. 7. Ernest. Cothm. 2. resp. 79. num. 97.

## III.

Primum quod est, aliud ante se habere non potest, Jason. in l. rescripta. num. 2. l. fin. num. 3. C. si contr. jus vel util. publ. Primo enim nihil esse prius, ex §. nos vero 2. ff. de concept. probat Arnif. 1. de Majest. c. 2. n. 2.

## CAP. XCIX. Princeps, Rex, Imperator.

## Axioma I.

Princeps est pastor, qui pro grege excubat.  
(N) 2 Hier.